

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 87.

*Secretum litterarum Commercium inter Vivos
et vita functos.*

Eyslum-Meum, Die Martis 4. Dec. 1810 (Neov. 20. Nov. 1810.)

„Etenim hoc indicium est, id genus doctores justos esse, doctrinam suo sub nomine edentes, ut quilibet rei intelligens optionem habeat statuendi de ea apud se ipsum. Hoc veritatis nota est, quod in lucem prodeant.”

Erasmus Rotterod. A. 521.

Pater filio Themidi se devoturo, ad sup. mundum.

Consilium coepi quaequam salutaria vitae, quam ingredi paras, generi praecepta ante tibi impertire, quam humanis exsolverer, quantumvis nunquam Jurisprudentiam professus sim, cum ecce! inopina mors me statione decedere juberet, omnemque consilii explicandi opportunitatem interciperet! — Ut nihilominus patris me officio expediam his litteris quosdam Aphorismos tibi comunico, qui, spero, futuro vitae, quod meditaris generi, si alias ei fide et conscientia vacare voles, non poterunt non esse proficui.

Veteri quodam in libro descriptionem celebris Regni Aegypti legisse memini; exque eo comperi: Chamum, execratum Ho-

braeis, Hammonem, Jovem Phonicum, ita et Cretensem, Divum et hominum ab Ethnicis adpeliatum patrem, non alium, quam Chamum, Noemi filium esse, Japhetum vero Neptunum Semumque Plutonem, quem odium Inferorum Deum fecit. Id porro ex eo didici: ut serenam, fermeque nunquam nubibus refertum Coelum Aegyptiis sublimem illam scientiam faciliorem reddiderit, cursum astrorum noscendi et scrutandi, quod vivax gentis ingenium, torrido siccoque, periodicis tamen vicibus temperato climate adjutum, causa sit elegantiorum litterarum et artium quae natale solum hanc regionem venerantur. Porro intellexi: dierum 365 in quos annus solaris dividitur, beneficium Aegyptiis in acceptis ferendum esse. Omnia haec mentem meam maximopere ablectarunt, at multo gravioris indaginis *leges* hujus gentis deprehendi, tam simplices, tam exacte ad decori Jurisque naturalis praescriptum, ut temperare mihi nequeam, quin eas tibi hicce communicem de eo praevis perswasus: te olim Judicis munus adepturum, in quo basim agendorum eas accipias tibi auctor sum.

Prima et praecipua Aegyptiorum lex, praecipit gratum et benefacti memorem animum; contra, execratur Ingratitudinem ceu foedissimum flagitium. — Etenim, ajunt Aegyptii, grato praediti animo homines bonos, societati idoneos, magnanimos, patriae quoque familiaeque suae fidos addictosque esse,

custo
bulis
agere

contr
inten
mam

ges
ranti

litigi
lenta

nore
prob
ceda
qui
non
sepu

gypt
jicia

ut
quod
lem
piati

om
car
sib

Secunda lex, alterum alterius vigilem, custodem, defensorem esse, vitaeque contri- bulis sui aequae ac suae met ipsius curam agere poscit.

Tertia otium omne damnat et vetat; contra: praecipit occupationi officioque quivis intendat, curamque imperdat in eo maxi- mam perfectionem obtinendi.

Quarto leges exigunt: ut quilibet le- ges et religionem noscat et calleat. Igno- rantiam in his non excusare.

Artificiosa Eloquentia, in proponendis litigiosis argumentis, et in foro controverso lenta et segnis procedendi ratio vetita est.

Legum vigore obligatio incumbit: ho- norem, bonam existimationem famamque proborum sollicite vulgare; qui si vivis ex- cedant, singulari pompa sepeliendi, contra: qui vitae rationem improbam duxissent, non modo hoc postremo honore, sed ipsa sepultura, hoc ipso beatis sedibus, spolientur.

Adhuc aliquas memoratu digniores Ae- gyptiorum leges ex Diodoro Siculo sub- jiciam:

In perjuros capitis poena sancita est: ut qui duo maxima committerent flagitia, quod et pietatem in Deos violarent, et fi- dem, maximum humanae firmamentum so- ciatatis, everterent.

Aegyptis universis injunctum erat, ut omina apud Magistrarus profiterentur, in- cantes simul, quo proventu et vitae gene- sibi victum quisque procuraret. Mentitus

aut injustum agitans quaestum mortis poenam incurrebat.

Calumniosi accusatores, statutam falso delatis poenam subibant, si postmodum ejus condemnati essent.

In filios parricidas exquisitissimum poenae genus statuerunt. Damnatos enim ob haec, simul ac frustulatim corporis membra Calamis praeacutis ad digiti magnitudinem descuissent, vivos super spinis cremari necessum erat; nam atrocissimum inter mortales scelus esse judicabant: illis vitam eripere, qui vitam dedissent.

Praegnantas ad mortem condemnatas ante partum non interimebant, iniquum existimantes: quod nihil deliquisset, idem cum malefico supplicium perpeti; et ob unius facinus a duobus poenam exigi.

Qui hostibus Secreta enunciarent, his linguam exsecari, lex mandabat. Illis qui monetam adulterarent, aut nova substituerent pondera, aut sigilla transsculperent, scribis etiam, qui tabulas falsas concinnarent, de relatis in tabulas publicas quippiam demerent, aut syngraphas ementitas obtruderent, lex utramque manum praecidi jussit, ut, qua quisque corporis parte in legem peccasset, hac ad finem usque irreparabili curdamno et ipse culpam lueret, et alios poena hac commonefactos ab id genus facinore deterreret.

Vale dilecte fili! et leges veterum expendere non te pigeat, quippe multum ea

rum cognitione hodiernam Jurisprudentiam illustrari adjuvarique animo persvasus esto, iterum vale! —

Parisiis 16. Nov. Caes. Decretum ex Fonte Bellaqueo de 12. Nov.

Napoleo etc. etc. Expenso eo: viam per Simplon qua Imperium nostrum Regno Italiae conjungitur, denis ultra millionibus hominum usum praestare, eam aerario Galliae et Italiae plus 18 millionibus venisse, quae expensae frustraneae essent, si commercium per hanc viam commoditate et sufficiente securitate careret, quod Valisia provincia nullam initarum obligationum impleverit, dum operi manus admoveremus ad grandem hunc nexum aperiendum; cum praeterea Anarchiae, qua regio haec conficitur, limitem ponere velimus, atque ad abusivas Imperii supremi usurpationes alicujus populi partis adversus alteram brevi ratione abrumpendas, idcirco decrevimus, praecepimus, decernimus et praecipimus, ut sequitur:

Art. 1. Regio Valisiae Imperio unitur.

Art. 2. Ejus Territorium Departementum sub nomine Depart. Simplon efficiat.

Art. 3. Departementum hoc partem 7mae militaris Divis. efformet.

Art. 4. E vestigio nostro nomine in fidem accipiatur, Gallicusque Commissarius mandato administrandi residua hujus anni parte instruat. Aliud de eodem die Caes. Decretum Generalem Divis. Caesarem Ber-

thier Gen. Commissarium denominat cum
Mandato Valisiae possessionem adeundi.

*Contin. sermonis Epithalamici D. Jacobson
Vid. Neovid. Nro. 84.*

„Olim, ubi materna Cura et sollicitudine
liberorum animos tibi devinctos habueris,
dormitantes eorum mentis vires excitaris,
internam in bonum, rectumque, sensum ex-
colueris, exemplo moderandoque ad viam
virtutis, probitatis, innocentiae et simplicitatis
in agendo traduxeris, — tum prolium pro-
pensio in te proemium erit, quod aequè vo-
luptati cedit tibi, ac nobis parentibus tuis
hodierna tua felicitas.

„Sed jam et tibi pauca dilecte animo ge-
ner! Hoc articulo pretiosissimum quod ha-
beo clenodium ut teneri cordis pater Tibi
trado — filiam meam. Innocentia in quo-
vis vitii genere amplissima dos est, quam
tibi adfert. Spero, eam in hoc felici germi-
ne sensus cogitandi non modo per te conser-
vandam, sed et in mentis morumque cultu-
ra ad ampliores processus ducendam esse, —
maturiore aetate ad majorem rerum experi-
entiam exactus, juveniles praecipitancias man-
svetudine et prudente amore corriges, dabis-
que operam, ut amorem, quo motus filiam
vitae sociam delegisti, custodias, fidelitate
confirmes, continuoque arctius connectas,
eritque felix hoc consecrarium tanto certius,
si non sola ut, spero sensualitas, sed aesti-
matio illibataque amicitia amorem tuum de-
finit nobilioremque reddit.

„Obligaciones quas filiae meae inculcavi pauculis mutatis et tibi commendare ausim. Natura sexum femineum delicatorem magisque sensibilem nostro formavit, conare proinde quavis occasione hanc indolem parce tractare, voluntatique tuae non imperii sed desiderii speciem indere. — Fac filiae meae conjugii ligamen ne sit vincula libertatem alioquin depressi sexus magis prementia, verum catena sit, quam roseam, quin phantasiae iam, adpellare cuperem, quae paternae castitatis iuram largiter ei compenset. — Sine, isthic laeta me te intuear, te deinceps ut novam germanam dāmus meae prolem considerandi. Quo fiet, ut Deus tibi benedicat, gaudeboque me liberis vixisse qui impensa digni erant. Noscis solertiam, noscīs adjuncta mea. — Quae prudentia divina largiente acquisivi, id propria sedulitate mea absque aliorum injuria acquisi, nullus conscientiae morsus ea contaminat. — Amo remissionem animi, ast duntaxat post laborem, delector hilari jucundaque virorum consuetudine quin luxui et prodigalitati me dedam. Meis bonis custodiendis studeo, quin laborantibus opera meam subtraham. Quatuor et viginti annis in matrimonio vivo, quin hodierna mea agendi ratio ab ea, qua primis vitae sociam meam diebus prosecutus sum, tenerrimusque amor, mutatus sit, aut deferbuerit. Et firmissima fiducia teneor te quoque pari fini obtinendo operam daturum.

„Quare dilecti filii! monita haec vobis do ardenti cum voto: ut sint vobis perenne pignus paterni amoris et sollicitudinis, dum oculis vestris subductus, tumulus putrida membra pridem cooperuerit. Sinite ut saltem mente his votis, monitisque vos ambiam, salutem vestram promoveam, ubi vitali aura contentus non fuero, vos ad eximia excitem, ubi loquendi facultate jam destitutus fuero, vobisque pro quovis recte facto, quavis votorum meorum impletione, assensum impertiam, dum cinis meus nulla verba, signum nullum amplius edere valuerit.

Accipite benedictionem meam, qui praecpta mea sequi prohibique liberi esse vultis, Deus servet, detque animo vestro tranquillitatem, virtutem internam, quietem, mentem hilarem alacritatis amorem, valetudinem firmam diuturnam, domui salutem et largam benedictionem!

Aeterne Deus! serva et sanctifica nos! Cogitatio in te, auctorem omnis boni, dum hunc diem ^{pacis} iactitiae efficiat, utinam fructus olim ferat! — dulces fortunae, pacis, domesticae concordiae fructus, fructus pro parentibus et liberis, ejus memoria in cunctis adjunctis laetis et turbidis menti nostrae obversetur, Amen!”

Lystum

Dum
ContiSub
tria
moen

„A
popu
nam
deber
Juven
set,
ctabi
na el
tis m
fmo
huiss
jami
siacc
chol
Lon
jora
Repr
tatio
um
Brita